

Heinrici regis pięque memorię Adelberonis nostri predecessoris Hirsaugiensi cęnobio traditus est hoc modo. Ludewicus comes ac frater eius Beringerus de Thuringia pro remedio animarum suarum, pro redemptione maiorum, pro felicitate posterorum prefatum locum cum duobus molendinis ortis pratis nemoribus cultis et incultis simul cum predio, quod  
 5 habebant in Wisentfelt, deo et beatis apostolis Petro et Paulo sanctę memorię Willihelmo abbati libera donatione tradiderunt ac cęnobialem vitam inibi institui rogaverunt. Quod quidem a venerabili patre Willihelmo feliciter est inchoatum, sed ab eius successoribus felicius est consummatum, constructoque monasterio cępit locus floręre sub beatę dei genitricis sanctique Iohannis evangelistę patrocinio. — —

10

(SJD.)

Acta sunt hęc anno incarnationis dominicę MCXXXVIII, indictione secunda, regnante Cōnrado, anno primo regni eius; data Wirceburc per manum Gebehardi III. kalendas martii.

## 128.

*Papst Innocenz II. bestätigt dem Kloster Reinhardsbrunn dessen Privilegien, unter anderen die*  
 15 *Schenkungen des Grafen Ludwig.* **Lateran, 1139 Apr. 10.**

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 25. — Die Bulle, an rothen und gelben Seidenfäden, fehlt. Gedr.: Stumpf, Acta Magunt. 21. — Jaffé 5686 (7970).*

: Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto filio Hernest abbati monasterii sancte dei genitricis Marię sanctique Iohannis evangeliste, quod Reinheribrunn situm  
 20 est, | eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.: Pię postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, ut devotionis sinceritas laudabiliter | enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ideoque, dilecte in domino fili Hernest abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et monasterium Reinherisbrunn, cui disponente domino preesse dinosceris, sub apostolicę sedis tutela et protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Quod utique cenobium  
 25 a nobili viro Lũdevico comite infra silvam, quę Lovba vocatur, propriis sumptibus edificatum est et multarum possessionum donatione ditatum ac postmodum pro animę suę et parentum suorum salute beatis apostolis Petro et Paulo idem noscitur obtulisse et in Romani pontificis defensionem iure perpetuo delegasse. Presenti itaque privilegio confirmamus vobis, quecumque idem religiosus comes contulit eidem monasterio in mancipiis  
 30 campis silvis pratis aquis aquarumve decursibus molendinis et in mansis et quibuslibet aliis circa eandem silvam Lovbam sitis. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem cenobium in presentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis  
 35 modis auxiliante domino poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus inibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres de eodem collegio vel de alieno, si, quod absit, in vestro idoneus repertus non fuerit, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Qui eligendus est, vestrę sit professionis et ordinis. Crisma  
 40 vero, oleum sanctum, consecrationes altarium et basilicarum, ordinationes monachorum